



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

168 Excommunicationis sententiam incurrunt absolventes ab
excommunicatione in Bulla Coenae Domini sine facultate.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

nem, quæ non præsumitur, nisi probetur, cap. proposuit in fin. & ibi gloss. penult. de cler. excommunicat. minist. cap. sicut nobis, & ibi gloss. fin. & Abb. num. 1. & 2. de sentent. excommunic. & Navar. in cap. 167 27. nu. 278. vers. septimo quod ¶ In foro enim conscientie creditur penitenti coram confessario propria peccata confitenti; quia ibi tractatur de suo solo præjudicio, & de nemine catholico & timorato homine præsumendum est, quod sit immemor suæ salutis, cap. sancimus §. & licet 1. quæst. 7. gloss. 1. in dict. cap. sicut nobis, & ibi Abb. num. 4. de sentent. excommunicat. Secus autem in foro fori, in quo secundum acta, & probata est judicandum, l. illicitas, §. veritas ff. de off. præf. Felyn. in cap. pastoralis, num. 23 de off. deleg. & Gomez. in reg. de anna pess. ff. 170 quæst. 4: num. 5.

168 Absolventes ¶ autem ab excommunicatione, & anathemate contra tenorem ejusdem Bullæ, excommunicationis sententiam incurunt, ut in ead. Bull. dict. num. 20. vers. quod si forte. Sed dubitatur, an dicta excommunicatio sit Papæ reservata.

169 Et sublata opinionum varietate, ¶ quibus relatis, quod dicta absolutio non sit Papæ reservata, sed Ordinarij, sic excommunicatos absolvere possint, tenet Navar. eodem c. 27 num. 74. quem sequitur Tolet. eodem cap. 30. vers. sexto fulminat, & Sayr. in eodem Thes. cas. cons. lib. 3. cap. 25. nu. 6. & 7. Hodie tamen dicta quæstio per universam Italiam est sublata à sacra congregatione Cardinalium, quæ de Clementis Papæ VIII. speciali mandato, sacerdotibus omnibus, tam secularibus, quam regularibus, per universam Italiam extra

libem degentibus, ad confessiones audiendas approbatis, quorumcunque Ordinum, Congregationum, aut Societatum etiam Jesuitarum, jubet, & præcipit, ne sub prætextu privilegiorum, indultorum, aut facultatum generaliter, vel specificè, scripto, aut vivæ vocis oraculo, vel per communicationem à Sede Apostolica, vel ejus auctoritate eorum Ordinibus, Congregationibus, Collegijs, vel Societatibus, aut Archiconfraternitatibus secularium, aut singularibus personis, aut aliis quomocunque, sub quibusvis tenoribus, formis, & clausulis, etiam derogatoriis derogatoriis, ad cujusvis etiam Imperatoris, Regum aut aliorum Principum instantiam concessarum, seu confirmatarum, audeat, vel præsumat de cætero, & in perpetuum, ¶ alium cujusvis status, gradus, & conditionis, aut dignitatis, tam ecclesiasticæ quàm secularis, etiam si Regiæ, vel Imperialis existat, ab ullo ex casibus clarè, vel dubiè in Bulla die Cœnæ Domini legi solita, contentis, Sedi Apostolicæ reservatis, aut in futurum per Sanctitatem suam, ejusvè successores pro tempore in eadem Bulla, vel aliter reservandis; Nec etiam à casibus quos Ordinarij locorum hætenus reservarunt, vel in posterum sibi reservabunt, nullo casu, etiam necessitatis, vel impedimenti, nisi in mortis articulo, seu cum nova, & speciali Sanctitatis suæ, aut successorum suorum, vel Ordinariorum, quò ad casus ab ipsis tantum reservatos respectivè habita scripta licentia, Ordinarijs locorum exhibenda, absolutionis beneficium impedire, sed, cum opus fuerit, penitentes ad superiores legitimos iudices suos accedere consulant, sub pœna contrafacientibus, tam regularibus, quàm

secularibus